



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 26. Pax inter Neapolim & Siciliam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

cemque tentanti reposuit: Manifesto per Sæcul. XIV.  
juris haud fidendum: pacem, & promis- A.C. 1373.  
sa non servant sua, nisi quatenus id suis  
servire commodis putant. Nos ob pa-  
cem fallacem tantos sumptus non fa-  
cimus.

### §. XXVI.

#### *Pax inter Neapolim, & Siciliam.*

Gregorius præter alios Ecclesiæ clien- Id. 1372. n. 4.  
tes fiduciarios etiam Reginam Nea-  
polis Joannam fidem sibi ac obsequium  
spondere voluit: quod ea quarto Janua-  
rii anno 1372 fecit inter manus Bernar-  
di Rhuteni Archiepiscopi Neapolitani, cui  
Papa id dederat negotium. Eodem is Ughel. to. 6.  
tempore hanc Principem inter ac Fride- p. 198.  
ricum Arragonium Regem Siciliæ cu- Rayn. 1372.  
ravit pacem, de qua multos per annos e- n. 5. Et c.  
gerant duo Fratres Minores, scilicet U- Vad. 1372.  
bertinus Curillonius Friderico primus a n. 18.  
facello, & Joannes Episcopus Gravi-  
nensis, Reginæ Joannæ a confessionibus. Bzov. 1373.  
Denique confectam ab eis pacem confir- n. 24. 25. Et c.  
mavit Papa quibusdam temperamentis Rayn. 1372.  
additis 1. Oct. 1372. Tum missus ab eo n. 25.  
Joannes Revellionius Episcopus Sarlati- Vit. p. 432.  
n. 1122.  
nus consensum partium obtinuit postre-  
mo Martii an. 1373: & in Siciliam de-  
latus censuras huic insulæ multis ab- Rayn. 1373.  
hinc annis irrogatas sustulit, nactus po-

Sæcul. XIV. stea rogati a Friderico Gregorii mandatum 30 Martii an. 1375 scriptum, ut illum coronaret Regem Trinacriæ.  
A. C. 1373.

## §. XXVII.

*Turlupini hæretici.*

**Raysn. 1373.** Interim Papa Gregorius Regi Franciæ Carolo V scripsit in hanc sententiam:

**n. 19. 20.**

**Du Cange  
Gloss.  
Turlup.**

Ut audivimus, in quibusdam regni tui locis utriusque sexus homines de secta Begardorum (etiam Turlupini vocabantur) diversas spargunt hæreses: & tu per Inquisidores in illos animadvertere coepisti. Hic cernimus Turlupinorum nomen tunc fuisse serium, ac significasse quoddam Manichæorum genus: & argumento itidem est commentarium curiae fisci hoc eodem anno editum. Gregorius pergit: Sed & Valdensium multitudine magna in Delphinatu, locisque vicinis datur: Prætorumque tuorum aliqui Inquisitoribus, quos juvare deberent, obstant; loca pro ipsorum munere contra hæreticos obeundo parum tuta assignant; illos de his statuere sine profano Judice non patiuntur, aut ipsorum sententias ei monstrare cogunt: quos tanquam hæreticos, aut suspectos illi carceribus mandarunt, tui Prætores in libertatem afferunt: ac renunt ex Juris præscripto jurare, se regionem ab hæreticis purgaturos.